

siam ipsam visitauerint, vt prefertur, misericorditer relaxamus. Datum Auinione III idus¹⁵⁾ nouembris ²⁻⁾pontificatus nostri⁻²⁾ anno primo.

Tryckt i Hausen, Åbo domkyrkas Svartbok, s. 99 f (efter Reg. Ab.). Jfr FMU 1, n. 635.

¹⁾ Endast i Auin. ²⁻²⁾ Endast i Reg. Ab. ³⁻³⁾ Ur Reg. Ab. I Auin. o. Vat.: etc. ⁴⁾ Reg. Ab.: digno. ⁵⁻⁵⁾ Föregås i Auin. av överstr.: meritis et. I Reg. Ab.: meritis et precibus. ⁶⁾ Reg. Ab.: honoribus. ⁷⁾ Reg. Ab.: epyphanie. ⁸⁾ Reg. Ab.: pentecostes. ⁹⁾ Vat.: Andrici; Reg. Ab.: Henrici. ¹⁰⁻¹⁰⁾ 'ipsa' saknas i Vat. I Reg. Ab.: ipsa est ecclesia. ¹¹⁾ Reg. Ab.: festiuitate. ¹²⁾ I Auin. över raden. ¹³⁾ I Reg. Ab. här siffra eller bokstav överstr. ¹⁴⁾ Vat.: festiuitatibus. ¹⁵⁾ Reg. Ab.: ydus.

5449.

1353 november 11.

Avignon.

Innocentius 6 kungör för alla kristna, att han av biskop Hemming i Åbo nyligen erfarit om Åbo domkyrkas ödeläggelse genom de otrogna ryssarna (se supplik i SD 5447), och att han därfor efterskänker dem, som räcka hjälpane händer till kyrkans återuppbyggnande, två år och två kvadragener av dem pålagd botgöring, under förklaring att detta avlatsprivilegium dock skall upphöra att gälla efter tio år och att allmosor och fromma bidrag icke få insändas genom tiggarmunkar vid risk att då förklaras kraftlösa.

Vatik. ark. Reg. Auin. 125, f. 487 v—488 r, ep. cccxlii. — Reg. Vat. 222, f. 403 r, ep. cccxlii. Om rubriker se föreg. n.).

—
x¹⁾

Vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem etc. Ecclesiarum fabricis manum porrigere adiutricem pium apud Deum et meritorium reputantes frequenter Christi fideles ad impendendum ecclesiis ipsis auxilium nostris litteris exhortamur et, vt ad id eo fortius animentur, quo magis ex hoc animarum commodum se sperauerint adipisci, nonnumquam pro hiis temporalibus suffragiis spiritualia eis munera, videlicet remissiones et indulgencias, elargimur. Cum itaque, sicut venerabilis frater noster Hennyngus, episcopus Aboensis, nuper nobis intimare curauit, ecclesia Aboensis que in vicinio Ruthenorum paganorum²⁾ situata fore dinoscitur, per ipsos Ruthenos perfidos sit combusta funditus³⁾ et destructa ac apostolicis priuilegiis et indulgenciis spoliata, ad cuius reedificationem⁴⁾ cum proprie facultates non [suppetant]⁵⁾ fidelium elemosine sunt plurimum oportune, vniuersitatem vestram ⁶⁻⁷⁾rogamus, monemus⁸⁾ et hortamur attente vobis in remissionem peccaminum iniungentes, quatenus de bonis vobis a Deo collatis ad ipsius ecclesie reedificationem⁹⁾ pias elemosinas et grata caritatis subsidia erogetis, vt per subuencionem vestram huiusmodi dicta ecclesia reedificari valeat et eciam reparari, vosque per hec et alia bona, que Domino inspirante feceritis, ad eterne beatitudinis possitis gaudia peruenire. Nos enim de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui manus ad hoc porrexerint adiutrices, duos annos et duas quadragenas de iniunctis eis penitenciis misericorditer relaxamus presentibus post decennium minime valiturus, quas mitti per questuarios districtius inhibemus, eas, si secus actum¹⁾ fuerit, carere iuribus decernentes. Datum Auinione III idus nouembris anno primo.

Tryckt (efter Auin.) i Historiallinen Arkisto 15, s. 337 och (efter Hist. Ark.) i FMU 1, n. 637.

¹⁾ Saknas i Vat. ²⁾ I Auin. urspr.: paguanorum. ³⁾ I Auin. över raden. ⁴⁾ Så i Vat.; i Auin.: redificationem. ⁵⁾ I såväl Auin. som Vat.: suspectant. ⁶⁻⁶⁾ Vat.: monemus rogamus. ⁷⁾ Vat.: redificationem.